

militantium dispensatione, ut quidquid secundum ipsius monasterii utilitatem regulariter et canonice voluerint agere in eorum situm sit potestate. Neque episcopus ad praefatum monasterium, quasi propriae potestatis abutens iure, nisi vocatus ab abbate et fratribus accedat, ne sui adventus pressura fratrum quietem perturbet; neque dolos aut machinationes ullas vel abbati vel fratribus sive per se sive per suos aliquando facere praesumat; quin potius quidquid Dei servis in praedicto monasterio commorantibus conferre ad ordinis sui conservationem utiliter et modeste et benigne potuerit, id pro Dei amore et sempiternae remunerationis gratia perficiat. Nec violenter aut callide mali quidquam aut perturbationis molitur in illos, sicut audivimus quosdam facere voluisse . . .

. . . Nullus in eo quidquam vindicet sibi praefatae civitatis episcopus; neque per se neque per ministros suos neque ex clericis neque ex monachis neque ex canonicis neque ex laicis potestatis iure aut episcopali fastu sine voluntate abbatis ipsius loci et fratrum ibi degentium prae-

episcopus ipsius regionis^a ad monasterium quasi propriae potestatis abutens iure, nisi^b vocatus^b ab abbate vel fratribus accedat, ne sui adventus pressura fratrum quietem perturbet neque dolos aut machinationes ullas vel abbati vel fratribus sive per se sive per suos aliquando facere praesumat; quin potius quicquid Dei servis^c in monasterio commorantibus conferre ad ordinis sui conservationem utiliter et modeste et benigne poterit, id pro Dei amore et sempiternae remunerationis gratia perficiat. Nec violenter aut callide mali quicquam aut perturbationis molitur in illos, sicut audivimus quosdam facere voluisse.

Nullus in monasterio quicquam evindicet sibi regionis^d episcopus; neque per se neque per ministros suos neque ex clericis neque ex monachis neque ex canonicis neque ex laicis potestatis iure aut episcopali fastu sine voluntate abbatis ipsius loci et fratrum ibi degentium praesumat aliquid vel ad ordinandum.

a) Von der Hand saec. XV. XVI. auf Rasur eingetragen, so Forst; nach Keuffer aber von derselben oder einer wenig späteren Hand auf Rasur. b) ni vocatus] so Forst; 'invocatus' Keuffer. c) 'servus' Forst. d) Von der Hand saec. XV. XVI. auf Rasur, so Forst.